

JOSEPHI



PATRITII FOROLIVIENSIS

Officiarius Rotæ Florentinæ

JOSEPHI

VRCEOLI

PATRITII FOROLIVIENSIS

DECISIONES

ROTÆ FLORENTINÆ





JOSEPHI
VRCEOLI

PATRITII FOROLIVIENSIS,

Olim Ejusdem Rotæ Auditoris,

ET NUNC

SERENISS. MAGNI DUCIS ETRURIAE

In Signatura Libellorum Supplicum Gratiae,

ac Justitiæ Consiliarii,

DECISIONES

INCLYTÆ ROTÆ FLORENTINÆ;

Continentes

MATERIAS CONTRACTUUM,

ULTIMARVM VOLVNTATVM, ET

INTERPRETATIONUM STATUTORUM.

CEM DYPPLICI INDICE, ARGUMENTORVM ET MATERiarVM


Locupletissimo.



COLONIAE ALEBOROGVM.

Sumptibus SAMUELIS DE TOURNES.

M. DC. XCIV.



VIRGINI SANCTISSIMÆ
MARIÆ
AB ANGELO ANNUNTIATÆ
DEI OMNIPOTENTIS
GENITRICI.



RÆTER morem, & supra omnem consuetudinem assurgit animus, & cum ceteri omnes, qui prodire audent in lucem, magnum sibi è Terris nomen quærant, quo & illustrius prodeant, & lateant securius, Ego Operi huic, quod prodire gessit in diem, non alterius nominis patrocinium quæro, quàm illius, quo cuncta illustrantur, & TE jam plena numinis, & inaugurata sapientiæ Mater imploro, ut, quo soles vul-

tu, studiis hisce meis præluceas ad solem. Non levis esset audacia Operi tam modico, fidus adire tam magnum, & eo oculos dirigere, quo non nisi felices spectant; sed à tuo audere sic didicimus corde; neque enim TE bene novit, qui sibi à TE non magna promittit. Quod si veniam ullam mereri potest, qui spei est reus tantæ, ego (vide quam magna es) non despero, TIBI, vel sic sperando posse placere; quid enim aliud in hac mea jam defecta ætate implorem, quàm stellam illam, quæ facem præfert ad æternitatem? luvat alterius regionis, & ignotæ sideribus Plagæ asuescere jam oculos, & vota eo convertere quo vergunt jam Anni. Cur TIBI proinde ingratum sit, esse aliquem, qui fessus jam
§ 3 sole,



JOSEPHI URCEOLI
J. C. FOROLIVIENSIS
DECISIONES
INCLYTÆ ROTÆ
FLORENTINÆ.

FLORENTINA PRÆTËNSI
CONTRACTUS

Die 30. Ianuarii 1672. ab Inc.

ARGUMENTUM.

Contractus conclusus, vel solus tractatus, quando dicatur per testes probatus, & promissio dandi, vendendi, vel donandi, an & quando sit vera promissio, & perfecta obligatio, cum aliis, de quibus in Summario.

SUMMARIVM.

Sententiarum iniustitia excludit rem judicatam, etiam Italic statuto de duobus conformibus, num. 1. & 2.

Tractatus verba non inducunt contractus perfectionem, cum tota vis in conclusione consistat, num. 3.

Contractus conclusus, vel potius solus tractatus, quando dicatur per testes solum probatus, habetur, n. 4. & 5.

Verba illa, dabo, ut facias, vim potius tractandis, quam transigendis habent, nisi addatur, & ita conventum est inter nos, n. 6.

Tractatus, qui interfuit, non autem conclusioni

contractus, deponendo nihil probat, numero 7.

Obligandi voluntas deliberata, ex quibus excludatur, num. 8.

Promissio dandi, vendendi, vel donandi, an sit vera promissio, & obligatio, est opinio valde controversa, num. 9.

Promissio de donando, de dote constituenda, vel de se obligando, habet vim vera donationis, & perfectæ obligationis, num. 10. licet contrarium, ut verius nonnulli defendant, num. 11.

Promissio de dando, vendendo, & consignando, desinita præsertim juramento, non est obligatoria, quotiescunque ea prolata fuit per verba futurum tempus importantis, num. 12.

Et propterea tanquam voluntas promittentis imperfecta, vel tanquam quidam contractus inominatus, tribuit facultatem iuribei ex paribus puniri, & a dicta promissione recedere, num. 13. 14. & 15.

Promissio de vendendo, & consignando, quamvis facta per verba de futuro, resolvitur in tempus præsens, & perfectam obligationem importat, quando sumus in contractu bona fidei, num. 16.

Declaro, ut hac opinio procedat in dote, donatione, vel promissione de se obligando, num. 17.

Item declaro, ut procedat, eo dumtaxat casu, quo huiusmodi verba hinc inde prolata, & acceptata, continerent rem terminatam, certumque, ac definitum pretium, num. 18.